

470.

Cod. CXC VII. n. 5.

solvitur tribus libris, liber duabus partibus.
 In fine legitur: "Finitus est iste liber in die
 (c) conversionis conversionis (c) Sancti Pauli anno domi,
 ni 2c XXX. 1431. De Aegidio vide Codi,
 cem CLVI. num: 1.

Cod. CXC VII.

Chartae: Fol: Locc: 15.

2
3. 10.

Comentarij in
Apocalypsin.

1a - 101a

Commentarius in Apocalypsin. Incipit:
 "Apokalipsis Jeru Xti quam dedit illi deus.
 Notandum ad intellectum libri de distincti-
 one etatum! Margini superiori adscriptum
 est: Anno domini 2c 48. 1448. In fine legi-
 tur: "Explicit Glosa super Apokalypsin Tempo-
 rata Viennae apud fratres predicatores per ma-
 gnum Andree de Regen." Ex hac subscriptione pro-
 num est concludere, praefatum Comentarium
 ex ore doctissimi cujusdam Magistri a discipulis
 exceptum, litteris mandatum, et denuo ma-
 gistro correctum esse, et approbatum; id enim
 vox Reportata indicat, ut videre est in disser-
 tatione critica de gestis S. Thomae Aquin.
 Joann. Fr. de Rubis p. 53, et quos ibi adducit
 Stolon: de Luca, Bern: Guidonen etc. Sed prop-
 terea S. Thomam Glosae hujus authorem ne suspic-
 eor quidem; nam duo qui ei s. salvo quidem
 tribuuntur comentarii in Apocalypsin, inci-
 piunt: Vidit Jacob in somnis; et: Vox domi-
 ni preparantis cervos. Unde nil reliquum, quod
 ut credam, hanc expositionem esse suspectam
 a quodam Magistro Ord. Predic. Viennae docen-
 te, mihi autem ignoto; nisi forte sit Gerthol-
 dus Ruchhauser, seu de Raturgona s. alius erro-
 nee Ruchhauser dictus. Ord. Fr. Eremitarum
 S. Augustini, qui saeculo 15^{to} Viennae docuit,

Gertholdus
Ruchhauser

Gertholdus
Ruchhauser

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 197

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 471.

Cod. CXCVII. n. 2-4.

471.

et lecturam super apocalypsin exaravit. Vide
Orfinger Bibl: Augustin: p: 720.

2

S. Thome Aquin. S. Thome Aquinatis Catena aurea in evan,
Catena aurea, gelium S. Joannis: Rubrica pramittitur: "Agge
in Evang: S. Jo: gaciones Thome de aquino super Johandem
annus. "Capitulum primum." Initium gloſſe est: "Divi,
1042-11456 "ne visionis sublimitate illustrata ysaia
propheta dixit vidi dominum sedentem" etc.
In codice nostro progreditur usque ad vers:
27. capituli octavi. De hac catena vide Que
rif Script: Ord: Sradic: T. I. p: 326 legg: ubi
tam S. Thome contra Petrum de Alva Ordin:
Min: vindicat. Cetat inter opera S. Thome
Paris: 1660. Fol: Tom: XVII.

3

Guilelmi Bri. Guilelmi Britonis vocabularius cum vocib^{us}
tonis Vocabala. hebraicarum in biblis occurrentium interpre
tatione latina. Incipit: "Abba secundum
vini: "Lupiam Syram" etc. In fine mutilum est.
148a-173a "Guilelmi Britonis esse opus docens a codice
CLVI n: 2. ubi vide.

4

Sermo. Sermo de omnibus sanctis, qui incipit:
1738-178a "Cultate in illa die quia etc quamvis ex
"evangelio isto."

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 197

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 472.

472.

Cod. CXCVII. n. 5. 6.

5

S. Thoma Aquina
Coment. in epist.
ad Hebraeos.

183a-227a

S. Thoma Aquinatis Comentarium in epistolam ad Hebraeos. Praeedit prologus valde prolixus, qui incipit: "Cum venerit quod perfectum est etc. In primitiva ecclesia." Prologus equidem iste in editionibus non invenitur; Comentarium sane stilum S. Thoma redolet, cum editionibusque, ad materiam convenit, nonnunquam tamen ita discrepat in verbis, ut sub compendio potius dicere videatur, quae in editionibus furius dicuntur. Joannes Fr. de Jubeis in disertat. critic. de S. Thom. p. 69. col. i. ex veterum allatis testimoniis dicit S. Thoma Comentariones in epist. ad Hebraeos proprio ipsius stilo editas solum fuisse in decem priora capita, ceteras autem ex ore Thomae dictantur e suggestu postillas excepisse Joannem Reginaldum de Liverno, quas deinceps novis charis ipse Thomas expendit, correxitque, probavitque. Comentarium potius integram exponit epistolam, hancque exhibet Subscriptionem: "Anno 2^o duodecimo 1412. Finitus est iste liber in die S. Mathaei apostoli per manus Johannis de Frontesperich."

Comentarij in
Evangelium S.
Mathaei.

223a-231a

Commentarius in evangelium S. Mathaei usque ad vers. 18 cap. 1^o in fine mutilus. Prologus incipit: "Sicut referunt matheum conscribere evangelium causa compulit talis; Comentarium autem: "Liber generacionis etc. Liber quasi apotheca gratiarum."

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 197

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=27534

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)